

B.

"Ut ergo hanc omittam sapientiam quam in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia quae in ejus gremio me justissime teneant. Tenet consensus populorum atque gentium. Tenet Auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, qui pascebat Oves Suis post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem Episcopatum successio Sacerdotum. Tenet postremo IPSUM CATHOLICAE NOMEN, quod non sine causa inter tam multas Haereses sic illa Ecclesia SOLA obtinuit, ut cum omnes Haeretici se Catholici dici velint, quaerenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Haeticorum vel Basilicam suam vel domum audeat ostendere." S. August. contra Epist. Fundam. c. iv.

C.

"Nostis enim me statuisse, nihil prolatum tenere credere. Quæro ergo quis sit iste Manichæus? Respondebitis, Apostolus Christi. Non credo. Quid jam dicas aut facias non habebis; promittebas enim scientiam veritatis, et nunc quod nescio cogis ut credam. Evangelium mihi fortasse lecturus es, et inde Manichæi personam tentabis asserere. Si ergo invenires aliquem, qui Evangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego vero EVANGELIO NON CREDEREM, nisi me CATHOLICAE ECCLESIAE commoveret AUCTORITAS. Quibus ergo obtemperavi dicentibus, crede Evangelio; cur eis non obtemperem dicentibus mihi, noli credere Manichæis? Elige quid velis. Si dixeris, crede Catholicis; ipsi me monent ut nullam fidem accominodem vobis. Quia propter non possum illis credere, nisi tibi non credere. Si dixeris, noli Catholicis credere; non recte facies per Evangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipsi Evangelio Catholicis prædicantibus credidi. Si autem dixeris, recte credidisti Catholicis laudantibus Evangelium, sed non recte illis credidisti vituperantibus Manichæum; usque adeo me stultum putas, ut nulla reddita ratione, quod vis, credam, quod non vis, non credam? Multo enim justius atque cautius facio, si Catholicis quoniam semel credidi, ad te non transeo, nisi me non credere jusseris, sed manifestissima ac apertissime scire aliquid feceris. Quocirca si mihi Rationem redditurus es, dimitte Evangelium. Si ad Evangelium te tenes, ego me ad eos teneam, quibus præcipientibus Evangelio credidi; et, his jubentibus, tibi omnino non credam. Quod si forte in Evangelio aliquid apertissimum de Manichæi Apostolatu invenire potueris, infirmabis mihi Catholicorum auctoritatem; qua infirmata, jam nec Evangelio credere potero, quia per eos illi credideram; ita nihil apud me valebit, quidquid inde protuleris. Quapropter si nihil manifestum de Manichæi Apostolatu in Evangelio reperitur, Catholicis potius credam quam tibi. Si autem aliquid inde manifestum pro Mani-

chæo leguntur: tibi credideram non credam etiam tibi in

Some 1
out reason
been entit
the Book
In our Th
"Solomon
were a th
those Bo
of the Ac
Book of 1
and in the
existence
Chronicle
first and
the Seer,
Book of
day. Th
xx. 24), a
"The B
18), and
(3 Kings
the Epis
he says
Epistles
the Old
be foun
Homilie
have pe
that they
safely se
ne they
the divi
Amor
spired, i
"The
mention
St. Eph
and ma
"Th
Hebrew
"Th
"Th